

Hebrei, et **caput** Latinis, significat id, quod in quoque re primum est ac praeceps.

Secundo, ergo respondet S. Augustinus in **Psal.**

Funda-
mentum
Ecclesie
in cœlo
sunt
Anguli
angulis
angulis

LXXXVI, et ex eo Anselmus, lapidem hunc angulariter esse in summo, quia hec fabrica et dominus Ecclesie non corporalis est, sed spiritualis et celestis: est enim, ut ait S. Joannes, *Apoc. XXI*, et Ierusalem nova de celo descendens; ergo fundamentum et lapis eius angularis in summo est, ut ipote in celo. « Si ad terram, inquit Augustinus, edificaremur, in imo ponendum esset fundamen- tum nostrum; iam vero, quia coelestis est fabrica nostra, hinc ad celos precessit fundamen- tum nostrum, » quia scilicet origo et principium Ecclesie est in celo. Sed hoc symbolicum est et mysticum.

Dico ergo: Pro *summo angulari* græce est *extreme angulari*, id est, *extreme angulari*, hoc est *imo*, sive *infimo*: *extremum enim* in *edificio* et *funda-*
mentum *est imum*, sive *infimum* *funda-*
mentum; *extremum* *significat* *regimen genitiui-*
li. Vide *Can. 23*.

22. In *qo* (per quem, scilicet Christum, qui precessit) **OMNIS** (tota) **EDIFICATIO** (*edificium, fabrica*) **CONSTRUCTA** (*construere, aucti-
vare*), id est, ut Ieronymus, *compaginata*; ut Ambrosius, *compacta*; ut Vatabulus et Erasmus, *cognitamenta* **CRESCIT IN** **TEMPLO SANCTUM** (in Ecclesiæ, quæ est dominus sanctæ et templum Dei) **IN DOMINO**, — per Dominum; vel potius « in Domino, » id est Dominus, ut sitis templum sanctum Domini: Hebreum enim id est, id est *in*, sepe significat regimen genitiui-
li.

Vide *Can. 23*.

Angulus
symbo-
lum est
regis et
principis

Principes
populo-
mum
venient
anguli
et quatuor

Nota: S. Hieronymus in illud Isaæ; xix, *De-
reperiunt Egyptum angularum populum*: a Iudoma, inquit, est S. Scripturarum, ut angulum pro regno ponant, et quod populos continent, et quod in toto domo fortissimum sit. Cum ergo anguli ex lapidibus majoribus et solidioribus, hinc principes sive duces populum vocantur anguli, quemadmodum nos Helvetiorum duces et respublicas vulgaris voce Cantones (quasi angulos) vocamus. Ita Zacharias, cap. x, vers. 4, ait: « Ex ipso angulus, » id est, ex Iuda probabit Christus lapis angularis, et princeps Iudeorum et Gentium. Et Jeremias, cap. xi, vers. 26, ait de Babylonie mori evertenda: « Non tollent de te lapides in angulum, » id est, ut Chaldeus verit, non tollent ex te regem in regnum, et principem in principatum. Sic *Psal. cxvi* (ad quem hic Paulus alludit) de Christo dicitur: « Lapidem quem reprobaverunt edificantes, hic factus est in caput anguli. » Ubi Lyranus et Abulensis putant alii ad verum lapidem, qui initio a Iudeis quasi inutilis rejectus sit a fabrica templi, postea

vero receptus, accommodatus sit, positusque loco honestissimo, scilicet in caput anguli. Verum hoc est commentum Iudeorum, ait Burgenus. Est ergo metaphora, ab angulis adificiorum petita, de qua jam dixi: quod enim est angulus, præsertim fundamentalis, in edificio, hoc est rex in regno, puta Christus in Ecclesia. Simili phrasi et sensu dixit Christus Petrus, *Math. XVI*, 18: « Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo Ecclesiæ meam. »

21. In *qo* (per quem, scilicet Christum, qui precessit) **OMNIS** (tota) **EDIFICATIO** (*edificium, fabrica*) **CONSTRUCTA** (*construere, aucti-
vare*), id est, ut Ieronymus, *compaginata*; ut Ambrosius, *compacta*; ut Vatabulus et Erasmus, *cognitamenta* **CRESCIT IN** **TEMPLO SANCTUM** (in Ecclesiæ, quæ est dominus sanctæ et templum Dei) **IN DOMINO**, — per Dominum; vel potius « in Domino, » id est Dominus, ut sitis templum sanctum Domini: Hebreum enim id est, id est *in*, sepe significat regimen genitiui-
li.

Vide *Can. 23*.

22. In *qo* (per quem, scilicet Christum, qui dicitur, vel « in quo, » scilicet templo) **ET VOS CO-AD-
FICAMINI IN HABITACULUM DEI** (in templum Ecclesiæ, quæ est dominus sanctæ et templum Dei) **JAM DICUTUM, IN QUO, QUASI IN DOMO SUA HABITAT** Deus in SPIRITU SANCTO, — per Spiritum Sanctum.

Nota: T. sancto non est in Graeco, nec Romanis, sed Plantianis, et intelligitur in Graeco. Spiritus enim hic est graeca quam Sancti aspirat Spiritus Sanctus, q. d. Ecclesia est dominus et templum Dei, cuius fundatum sunt Apostoli, lapis angularis est Christus, parietes sunt Iudei et Gentes, qui indies assurgent cum plures ex Iudeis et Gentibus Christo et Ecclesiæ inseruntur et inedificantur. Vos ergo, o Ephesi, cum aliis Christianis simul inedificantem huc fabricæ, ut sitis lapides, partes et membra hujus templi, ut illud in dies ultis assurgent et crescat, fiatque ingens templum et habitaculum Dei, idque per Spiritum Sanctum, quia sua gratia et charitate quasi glutino et calce fideles omnes conglutinat et coagulant, ut faciant unum parietem, unam domum, unam Ecclesiæ.

S. Ignatius tamen in epist. *ad Ephes.*, afferens eandem metaphoram fabricæ, Spiritum Sanctum comparat perpendiculari: « Jesus Christus, inquit, fundavit vos super portam, ut lapides electos, aplos ad divinum adificium Patris, sublatos in altum per Christum, qui pro nobis crucifixus est, perpendiculari usus Spiritu Sancto, fide vero subductos, et charitate elevatos a terra in celum. » Tropologicæ, S. Hieronymus: « Cum fuerimus vivi lapides ex omni parte dolati, levias, politi, nullam habentes scarbedinem (vitiorum), adfinabimur in templum, et flemus habituaculum Deo, condeturque in nobis arca testamenti custos legis Domini, et Cherubim scientia multitudine, ut interiora pectoris nostri in novum vocabulum transeant, dicaturque *de vir*, id est, ocamulum, sive responsorium et locutorium Dei. »

Beatus quoque Dorotheus, tom. III *Bibliotheca SS. Patrum*, doctrina 14, ad *edificationem vel restauracionem domus spiritualis suos ita instruit:* « **Primus**, inquit, iacienda sunt fundamenta; que fides, est, sine qua impossibile est placere Deo. Constitue deinde supra fundamentum **edificium excellentissimum**. Intercedit ad edificium lapidem obediens. Irasceris fratri a quo injuriam accepisti? apponat virtus alterum patiens lapidem; singula deinde adiecte virtutes singuli lapides erunt. Charitas ammet parietem parieti. Bitumen humilius est, que ceteris virtutibus ut tales sint, efficit. Tectum amor Dei. Corona, quæ supra tectum precipitum in lege adhiberi, ne parvuli cadant, prudentia est. In hoc **edificio** exstruendo nostra desudet industria, ut habere inhabitantem Spiritum Sanctum possimus. Ille domum conservabit, nisi desides ipsi fueris, ne spirantibus mundi a quatuor angulis flatibus subito in terram cadat. »

Rursum S. Augustinus in *Psal. LXXXV*. Acces-
nos Ecclesie quasi coelesti fabricæ libere con-
quadri, ut illi inedificanti possimus. ac con-
querenter Christianum quemque debere esse instar quadrafi lapidis. « In omni, inquit, tentatione sua Christianus non cadit, et si impellitur, et si qua vertitur, non cadit. Nam quadratum lapidem quacunque verteris, stat. Cadere visi sunt Martys cum persecutore: sed quid dixit vox *Psalmi XXXVI*? Cum occiderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam. S. ergo con-
quadramini ad omnes tentationes parati, quid-
impulerit, non vos evertat. Stantem te in-
veniat omnis casus. »

CAPUT TERTIUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Primo, pergit mirari vocacionem Gentium; docetque hoc mysterium hactenus incognitum revelatum fuisse Apostolis, scilicet quod Gentes eque ac Iudei per Christum participes essent gratia, Ecclesia et promissionem Dei.

Secundo, vers. 7, hujus mysterii se ministrum esse gloriatur, puta quod a Deo constitutus sit doctor Gentium.

Tertio, vers. 14, orat Deum, ut Ephesio in Christi fide et spiritu corroboret, ut in charitate radicati ad plenum in divinis hisce Christi mysteriis edocantur, scilicet ut comprehendant quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas et profundum, sciant etiam supereminentem scientiam charitatem Christi.

1. Hujus rei gratia, ego Paulus vinctus Christi Jesu, pro vobis Gentibus, 2. si tamen audistis dispensationem gratia Dei, quæ data est mihi in vobis: 3. quoniam secundum revelationem notum mihi factum est sacramentum, sicut supra scripsi in brevi: 4. prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi: 5. quod aliis generationibus non est agnitus filii hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis Apostolis ejus, et Prophetis in Spiritu. 6. Gentes esse coheredes, et concorpalores, et comparticipes promissionis ejus in Christo Jesu per Evangelium. 7. Cujus factus sum minister secundum donum gratiae Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis ejus. 8. Mihi omnium sanctorum minimæ data est gratia haec, in Gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, 9. et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi a seculis in Deo, qui omnia creavit. 10. Ut innotescat principatis, et potestatis in celestibus per Ecclesiæ, multiformis sapientia Dei. 11. Secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Jesu Domino nostro: 12. in quo habemus fiduciam, et accessum in confidencia per fidem ejus. 13. Proper quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. 14. Hujus rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesi Christi, 15. ex quo omnis paternitas in celis, et in terra nominatur, 16. ut det vobis secundum divitias glorie sue, virtute corroborari per Spiritum ejus in interiorum hominem, 17. Christum habere per fidem in cordibus vestris: in charitate radicati, et fundati, 18. ut possitis comprehendere quæ omnia sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum: 19. scire quæiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in

omnem plenitudinem Dei. 20. Et autem, qui potens est omnia facere superabundantes quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem, quae operatur in nobis : 21. ipsa gloria in Ecclesia, et in Christo Iesu in omnes generationes saeculi saeculorum. Amen.

¶ 4. HUJUS REI GRATIA, EGO PAULUS VINCTUS. — Deest verbum, quod sententiam expletat. Unde S. Hieronymus putat esse solecismum. Secundo, Erasmus et Anselmus supplent verbum sum, q. d. *Huius rei gratia vincitus sum*; sed artificis est, cum ait, *et si quis*, q. d. Ille vincitus, id agere patitur. Unde tertio, melius Vatablus et Ambrosius supplent, *legatione fungor*. Sed longe verius est, sententiam hanc post longam parenthesis (quam Apostolus sive ait 20, ad 14, interiecit de beneficio vocacionis Gentium, cuius admiratione absorptum erat cor ejus, itaque plenum, ut eo identiter recurret, illudque alius et alii verbis assiduis eructaret) expleri vers. 14; ibi enim prima capituli verba repetens, subdit, eaque expletum dicens : *Huius rei gratia flecto genua, etc.* Hoc enim optime coherent cum initio iugis capituli et fine precedenti; cum enim ibi dixisset : *In quo et vos coadiuvamini in habitaculo Dei in Spiritu Sancto, mox sui more initio hujus capituli conversus ad Dei laudem, gratiarum actionem et invocationem, subdit :* *Huius rei gratia ego Paulus vincitus Christi Iesu, flecto genua, etc.* Simile hyperbaton vidimus Rom. v, 12 et 18. Vide Can. 38.

VINCTUS CHRISTI IESU. — *et si quis* est epithetum non conditionis servilis, sed glorio et honoris : gloriarum enim Paulus de vinculis suis pro Christo suscepisti, quasi de insignibus suis apostolatus et martyrii, sicut rex gloriatur suo torque aut diademate. *Vinctum esse propter Christum,* inquit Chrysostomus hic, homil. 8, illustrum est, quam sive Apostolum, sive doctorem, sive evangelistam esse. Magna dignitas haec, et regno quovis ac consulatu major; qui diligit et ardet Christum, eligit potius vincula ferre propter Christum, quam eos los inhabitate : non enim caput ita splenditum reddit imposita corona margaritis conspicua, ut catena ferrea, que propter Christum fertur. Quod si quis mihi vel universi coli, vel hujus catene copiam et optionem largius esset, catenam hanc ego plane elegisse; si mihi cum angelis, et is qui propo throrum Del sunt, standum fuissest sursum, aut cum Paulo vincito, carcerem utique praesoptasse. Nihil haec catena beatius. Non ita beatum dico Paulum, quod in paradisum raptus, atque quod vincula sustinuit: potius mihi habetur male offici pro Christo, quam honorari a Christo. O beatas vincula! o beatas manus, quas catena illa exornavit! Pergit deinde hoc vincula exemplis et miraculis exornare, eum ait : *Sic Petrus vincitus fuit, et ab angelo solutus. Hie si mihi quispiam dixisset Zlige utrum velis: vis esse angelus*

(1) Ita Allio et Rosenmulerus.

Petrum solvens, an Petrus vincitus? Petrus utique esse maluisset. Majus hoc vincularum donum est, quam solem sistere, aut mundum movere, aut dominari demoniibus, eosque expellere. Commissus est carcer vincito Paulo, solutaque sunt omnium vineula, Act. xvi. Vides naturam vincularum vineula solventem; nam scit mortem infernit mors Domini, ita ligatos solventur vineula Pauli, carceremque concurrent, ac jarcias aperuerunt. Paulus ergo vincitus vincis dominatur. Rursum Act. xxviii, Paulus vincitus navigabat, et naufragium solvebat, et tempestatem ligabat, et a vipeira Iedi non potuit. *Hoc et plura Chrysostomus, homil. 8, et rursum in ejus morali.* Haec de causa Babylas, Antiochenus episcopus et martyris, post fidem confessionem in vinculis vitam finiens, jussit discipulis suis, ut catenas, quasi sua pugne testes, et victorie decora, secum sepellirent.

2. SI TAMEN (non dubitanus, sed asserintis est. Unde clarius Vatablus, Erasmus et alii vertunt Grecum τινα, siquidem, q. d. Pro vobis Gentibus vincitus sum, siquidem pro vobis evangelizō; Propter Evangelium autem vincitus sum, ut omnibus, maxime vobis, notum et clarum est : siquidem) **AUDISTIS DISPENSATIONEM** (grace exceptione, economiam, administrationem) **GRATIE DEI**, (qui scilicet dispensatio) **DATA EST MIHI IN VOBIS.** — inter Gentes. Nota : Per dispensationem hanc et administrationem intelligit summum apostolatum, sive munus praedicandi Evangelium, id est, munus promulgandi redemptionem et gratiam Christi propositam et paratam omnibus qui credunt in eum.

3. QUONIAM (pendet ab audistis, q. d. « Audistis quoniam, » id est quod) **SECUNDUM REVELATIONEM NOTUM MIHI FACTUM EST** grecē τρίποτα, notum mihi fecit, scilicet Deus. Noster cum Chrysostomo viri et apius videtur legisse τρίποτα, id est, notum factum est) **SACRAMENTUM**, — grecē τὸ πεπάντη, mysterium, scilicet Christi, ut explicit vers. 4, punctum illud et magnum pietatis sacramentum, quod passim praedicto et admirato, de Christi incarnatione, redemptione, predestinatione, salvatione, et ad eam ratione, non tantum Iudeorum, sed et Gentium : hanc enim Gentium votacionem potissimum hic et alibi admiratur et celebratur.

SICUT SUPRA SCRIBI — de hoc sacramento of mysterio; si quis enim legit cap. i et ii, videbit hoc Christi mysterium jam dictum, presertim circa votacionem Gentium, clare et profunde Paulo fuisse revelatum. Ita Hieronymus.

IN BREVI, — *et si quis*, in *et si quis*, id est, paucis et brevior. Ita Chrysostomus et Hieronymus.

* Mysteriorum Christi, ali Hieronymus, partem modicam suo sermone perscringit. Apostolus, non tam totum, quod noverat, preferens, quam ex tempore, ordinem aliasque circumstantias in particulari, et Spiritu Dei revelantem praeviserunt, et experientia ne re ipsa videbant, cum easdem Gentes converterentur: plenus enim cornutus res dum opere completur, quam dum spiritu futura a longe praevidetur. Unde Paulus rupis est in territu colum, ut jamjam futurus doctor Gentium, eas convertendi modum et praxim plene et sigillatum doceretur, ut dixi in Corin. xii. Sie et S. Petrus, *Actor*, x, longe expressius et particularius, quam Isaia aut Prophetæ, hoc mysterium cognovit, quando visionem linteū et eum animalem immundorum re ipsa per legatos a Cornelio Gentili missos, perque ipsius Cornelii cum tota sua familia conversionem explicari et compliri vidit (1).

6. PROUT POTESTIS LEGENTES (cap. i et ii) **INTELLIGERE, RUDIMENTA** (σύντομα, id est intelligentiam) **MAM IN MYSTERO CHRISTI**, — de quo jam dixi vers. 3. « Nulla enim, inquit Hieronymus, epistolarum Pauli tanta habet mysteria, tam reconditis sensibus involuta est, atque haec. Proprie autem Apostolus hic intelligit mysterium votacionis Gentium ad fidem et gratiam Christi, ut explicitus versus proxime sequentibus.

Nota : Paulus sepe sumit pro eodem prudentiam, sapientiam, intelligentiam, cogitationem, scientiam;

idque in phrasibus Hebreis, in qua imitatur Sapientem, qui in Proverbis suam ethiam et praecepta de moribus, vocat nunc sapientiam,

nunc prudentiam, nunc intellectum, nunc disciplinam, nunc eruditum, nunc doctrinam, nunc scientiam;

qua nomina licet connolato, etymo et

propria significacione distinguuntur, ut patet in

Tuent, Sapientia tamen ea confundit, et pro

tempore, scilicet ethica jam dicta, sumit, idque facit

copie causa.

5. QUOD ALIS GENERATIONIBUS (id est, ut Ambrosius, alii saeculis) **NON EST AGNITUM FILII NOMINUM** (id est hominibus) **SICUT NUNC REVELATUS EST APOSTOLIS ET PROPHETIS** (novi scilicet Testimenti) **IN SPIRITU SANCTO**, — id est, per Spiritum Sanctum.

Quererit quomodo hoc sit verum : nam Isaia et alii Prophetæ clarissime prophetarunt de Generatione ad fidem Christi.

Respondet primo, S. Hieronymus et Chrysostomus, per filios hominum intelligi homines vulgaris et animalis : nam Patriarchæ et Prophetæ non vocantur filii hominum, sed filii Dei; sed hoc subtilius et acutius est, ac preter mentem Apostoli.

Unde secundo, idem Chrysostomus respondet Prophetas quidem cognovisse Gentes esse vocandas ad Christum, sed non cognovisse eam in votacione, fide et gratia pares fore Iudeis, quod conoveruntur Apostoli; et hoc est quod ait Apostolus, « Gentes esse corehades et concorporales, » scilicet Iudeis. Sed nec hoc verum esse patet invenit Isaia, qui hac in re Gentes sepiissime prefert Iudeis, patet cap. xxxiv, xxxv, xlvi, lii, lx; Imo Iudeis reprobat, docet surrogantibus esse gentes.

Unde tertio, idem Chrysostomus, Hieronymus, D. Thomas, Anselmus et alii respondent Generationem Gentium ad eandem Ecclesiam, gratiam et dignitatem cum Iudeis, priscis Prophetis innotuisse quidem, sed pauci, idque obscuri et in confuso : Apostolis vero et Prophetis novi Testimenti, qui illam curare et exequi debentur, omnibus clare et distincte canendum a Deo revelatum esse. Unde vis est in voce sicut, q. d. Non ita

plane et particulatum hoc mysterium votacionis Gentium innovat Prophetis antiquis, sicut revealatum est Apostolis, qui illius modum, locum, tempus, ordinem aliasque circumstantias in particulari, et Spiritu Dei revelantem praeviserunt, et experientia ne re ipsa videbant, cum easdem Gentes converterentur: plenus enim cornutus res dum opere completur, quam dum spiritu futura a longe praevidetur. Unde Paulus rupis est in territu colum, ut jamjam futurus doctor Gentium, eas convertendi modum et praxim plene et sigillatum doceretur, ut dixi in Corin. xii. Sie et S. Petrus, *Actor*, x, longe expressius et particularius, quam Isaia aut Prophetæ, hoc mysterium cognovit, quando visionem linteū et eum animalem immundorum re ipsa per legatos a Cornelio Gentili missos, perque ipsius Cornelii cum tota sua familia conversionem explicari et compliri vidit (1).

6. GENTES ESSE COLENDERES (q. d. Mysterium, de quo loquer, hoc est, nimur ut Gentes sint coleheredes, id est, aequi ut Iudei, heredes) **MISSIONES** — Abrahe factæ de Christo Christique Evangelio, salute, gratia, gloria; sicut enim Gentes, aequi ut Iudei, per fidem Christi sunt filii spirituales Abrahæ, qui pater est credentium: ita et Gentes, aequi ut Iudei, heredes sunt benedictionis, id est, justitia et salutis Abrahæ et secundum eius, id est Christo et Christianis, promissa, de quo dixi Rom. iv, 17; Galat. iii, 7 et 8.

ET CONCORPORALES, — συντόμως, id est, unius ejusdemque corporis, ut scilicet unum corpus mysticum, puta unam Ecclesiam, constituant Gentes Christiani cum Iudeis ad Christum conversi.

ET COMPARTICIPES PROMISSIOM EJUS (ut Gentes, aequi ac Iudei, participes sint « promissionis ejus, » scilicet Spiritus Sancti, qui immediate praecessit, ut Ambrosius; vel potius ejus, scilicet Dei, quem nominavit vers. 2. A versu enim secundo hec omnia pendent, explicitam gratiam Dei, quam vers. 2 deprendicavit : haec ergo præmissio Dei, est illa, qua Deus promisi suam amicitiam, remissionem peccatorum, salutem et possessionem regni colorum Christianis credentibus et obedientibus sibi) in Causo Iesi (id est per Christum Iesum, qui hanc Dei promissionem promulgarunt per suum) **EVANGELIUM**, 7. cuius (scilicet Evangelii Christi) **FACTUS SUM EGO MINISTER**, — grecē δάσκαλος, id est *diaconus* sacri ministerii et quasi liturgie, puta prædicationis Evangelii : hanc enim vocavit liturgiam, sive Misse sacrificium, Rom. xv, 16.

SECUNDUM DONUM GRATIE DEI, — id est, per dominum gratiae Dei. Sic enim Apostolus Grecum κατέτινε, id est secundum, quasi respondens Iudeos, *7. at,*

(1) Quarto Alio : Prophetæ veteribus, in Apostolis saltem ante revelationem Petro datum, Act. x, 28, ignoramus erat Gentiles in Ecclesiam ingressuros esse per fidem, non ex operibus legis.

ample et varia suvit, jam pro *juxta*, jam pro *per*, jam pro *cum*. Unde hic subdit :

SECUNDUM OPERATIONEM (græce ἀνάρτησις, id est *efficaciam*, et efficacem operationem) **VIRTUTIS** (græce δύναμις, *potentia*) **EIUS**. — q. d. Apostolatum non inanem, otiousum et vacuum accepi; sed talem qui potenter et efficaciter operetur conversionem Gentium etiam barbararum.

Notat hic duo Apostolus : *primo*, officium ministerii sive apostolatus se accepisse per donum et gratiam Dei; *secundo*, illius officii actum, usum et exercitum potes esse, et potenter efficaciter que operari fidem et salutem Gentium per eamdem divine gratie vim, potentiam et energiam.

8. **MUNI OMNIM** (non tantum Apostolorum, ait Chrysostomus, sed et) **SANCTORUM** (id est Christianorum) **XIXIMO**. — Hieronymus, *infimo*, græce *τελευτη*, id est, *infimori*, q. d. Inferior et infimor sum *infimo*, minor sum *minimo*.

Nota hic miram Apostoli humiliatem : nam n tamum se minimum, vel infimum vocat, sed norem minimo et interiorem infimo. Hinc ex perlativo format comparativum, scilicet ex τιμων τελευτη, siuti si ex minimo formares minimor, ex infimo infimor : infimorum ergo significat, ut magis infra omnes se demittat et diminuat; et per hanc humiliatem Paulus meruit evenhi ad apostolatum, ait Hieronymus.

Dices : Hec humilitas videtur ficta et mendax; sciebat enim et videbat Apostolus sibi plus gratiae et virtutum a Deo datum esse, quam Ephesis alius Christianis, quos ipse convertebat.

Respondebit S. Hieronymus sevisse Paulum se in esse sanctiorem, sed tamen ea te gessisse ac demississe, ac si sis esset inferior. Siuti principes subinde modestie causa primas in mensa, et in incessu, dat amiciis et aliis nobilibus longe se inferiорibus.

Verum hoc non satisficit: nec enim de praxi et submissione externa in gestu aut incessu, sed de sensu suo loquitur Paulus, dicens ac revera in animo loquitur, que sit omnium Sanctorum minimum; aliquo enim mentiretur et hypocrita esset, quod absit.

Dico ergo id dixisse Apostolum eo sensu, quo S. Franciscus solebat dicere se maximum esse peccatorem, q. d. Liceat majorem a Deo quam alię gratiam accepit, si tamen me, mean negligientiam, infirmitatem, malitiam tum presentem, tum preteritam, quia fui persecutor Christi et Ecclesie (et hanc enim maxime solet respicere dum se humiliat Apostolus) speciem, revera Ideo mihi maximus peccator, indignus apostolatu, ac minimus Christianorum vero et re ipsa pensendus: puto enim quod, si Deus illum gratiam quam mihi dedit, daret latroni vel maximo peccatori, magis es quam ego illi cooperaretur, forteque *νέγο* me sanctior. Hoc enim iudicium Eccl forte speculative non esset verum, practice tamen erat verum; quiaque enim non alios, sed

seipsum et suam infirmitatem considerans, protest et debet ita humiliare de se sentire: hoc enim est dictamen virtutis, quod suggerit et suadet prudens humilis, et qui vere humili est, ita de se sentit, talisque sibi esse videtur, de quo plura *Philip. II, 3*, et *I Timoth. I, 14*.

DATA EST GRATIA IEC. IN GENTIBUS EVANGELIZARE INVESTIGABILES (græce ἀποστόλος, imperceptibiles, inscrutabiles, et, ut Ambrosius, incomprehensibiles) DIVITIAS CHRISTI. — Ita passim Apostolus vocat copiam gratiarum et honorum, quae Christus nobis attulit.

Notat Chrysostomus in morali homil. 6, Paulum triplicem accepisse gratiam ad evangelizandum, triaque ad praedicationem attulisse mire ad persuadendum efficacia, *primo*, animum alacrem, auditem, ferventem et ad omnia intrepidum; *secundo*, celestem quandam sapientiam; *tertio*, potentiam spiritus cum vita incupita.

9. ET ILLUMINARE OMNES. — Sicut angelorum officia tria sunt, ait S. Dionysius, scilicet homini illuminare, purgare et perficere: ita non tanta Christus, sed et Apostoli alique Docentes hanc faciunt quasi angelis quidam terrestres et h mines angelici; illuminare ergo non significat lucem profere id quod reconditum erat, ut ve Syrus et Erasmus; sic enim incepit diceretur illuminare omnes, ut habent Grecia et Latina; se significat alios docere, alii lucem veritatis et fidem impetrant; siicut enim sol sua luce tenebrosa loca illuminat, ita doctores clara sua doctrina illuminant tenebrosas et ignorantes hominum mentes. Unde et apte premio singularis claritatis et splendoris in celo donabuntur. « Qui docit fuerit, inquit Daniel, cap. XII, fulgebit quasi splendor firmamentum, et qui ad justitiam erudiant multos, quasi stelle in perpetuas referentiales. »

QUE SIT DISPENSATIO SACRAMENTI ABSCONDITI SECULIS IN DEO, QUI OMNIA CREATI. — Pro dispensatio aliquia Graeca legunt *εκπονία*, q. d. Quae sit communio vel communicatio sacramenti, quod scilicet hoc sacramentum redemptio[n]is hominum non tantum Iudeis, sed et Gentibus communicatum sit. Verum legendum est hic, ut supra, 2. *εκπονία*, que sit dispensatio, et ita leguntur, Theophylactus et Greci.

Ubi nota, *εκπονία*, id est dispensatio, duo significat: *primo*, ipsam dispositionem et ordinatiōnem rei alienus faciendo vel dāndo; *secundo*, ipsam rei dispositiōnē vel ordinatiōne dispensatiōnē, id est erogatiōnē, donationē, distributionē. Juxta primam significatiōnē sensus erit: ut illuminem et doceam omnes quam admiranda sit ecclesia et aeterna Dei dispositiōnē circa vocatiōnē Gentium per nativitatem, mortem et resurrectionem Christi. Juxta secundam vero hie erit sensus, i.e. que simpliciter, ut dixi cap. I, vers. 10, q. d. Min data est gratia illuminandi omnes Gentes ut sciēt eas doceam, quam sapienter dis-

pensatum, id est distributum, et omnibus propositum sit hoc tempore a Deo sacramentum redemptio[n]is Christi et vocacionis Gentium ad Christum; vel potius per hypallagen, « quis sit dispensatio sacramenti », id est quod, quale et quantum sit sacramentum, sive mysterium hoc, « quod » haec tenet per tot secula, imo ab aeterno, « absconditum fuit in Deo », in Dei sollicit mente, consilio et predestinatione; jam vero dispensatum, id est erogatum, distributum est, omnibusque propositum et oblatum.

Qui (scilicet Deus) **OMNIA CREATIV**. — Notat et elidit dogma Simonis Magi, qui docebat mundum ab angelis esse factum. Graeca addunt, *διὰ θεοῦ Χριστοῦ*, per *Jesum Christum*, et ita legit Chrysostomus, Theophylactus et Greci; sed hec non habet Hieronymus, nec Ambrosius, nec veteris codicis Latinus.

10. UT INNOTESCAT PRINCIPATIUS (ita legit Roma, Graeca et Syrus; Plantiniana tamen cum Hieronymo legit *principius*) ET POTESTATIBUS, — illis scilicet ordinibus angelorum, qui dicuntur Principatus, id est principes; et Potestates, hoc est potentes, ut dixi cap. I, vers. 21. Sub his per synecdochen ceteros angelorum ordines intellige. Ita Hieronymus, Chrysostomus, Theophylactus. Unde licet Ambrosius malos his angelos intelligat, qui in celestibus, hoc est in aere et celo hoc aereo, versantur, melius tamen S. Hieronymus, Chrysostomus, Anselmus, bonos angelos accipiunt: hos enim significant Principatus et Potestates, cum absolute ponuntur. Nam cum demones intelliguntur, solet addi, principes tebrarum, aut aeris hujus, aut simili particula restrinximus et alienas. Deinde hos propriis significat *vox in celestibus*, scilicet locis, communitates.

PER ECCLESIA MULTIFORMIS SAPIENTIA DEI. — Queritur, quomodo hoc sit verum: nam angelū illuminant Ecclesiam et homines, non autem ab eis illuminantur et docentur. Primo, Augustinus, V de Genesi ad litteram, cap. xix, tom. III, intelligit Ecclesiam celestem, quae constat Deo et angelis, q. d. Angelis inferioribus immotu mysterium hoc redemptio[n]is Christi, et vocationis Gentium per revelationem Dei, et illuminationem angelorum superiorum, immotu in qua se a seculis, id est ab initio seculorum et mundi; sed obstat quod apostolus: « Ut innotescat nunc. » Si nunc, ergo non ab initio mundi. Secundo, per *Ecclesiā* non intelligit celestem sed terrestrem; paet, quia ait: Mihī data est gratia evangelizare et illuminare omnes, ut innotescat per Ecclesiam, cui scilicet evangelizo, et quā illumino, multiformis sapientia Dei.

Secundo, S. Thomas, I part., Quæst. LVII, art. 5, sic explicat: « Ut innotescat Principatus, non esse adorandos quasi ipsi mysterii redemptio[n]is nostre concilii et mediatores fuissent, da quod Coloss. II, 18. Nota secunda, hæc dicit contra Simonem Magum, qui nimis angelis tribuens, docebat eos esse adorandos quasi ipsi mysterii redemptio[n]is nostre concilii et mediatores fuissent, da quod Coloss. II, 18.

MULTIFORMIS SAPIENTIA DEI. — *m̄t̄orix̄ia*, id est *multivaria*, sive valde et multipliester varia. Aliqui iugant *synoia*, *omnivaria*, maxime varia sapientia Dei; ut non solum varia sit, sed et multa varietate distingua. Ita Hieronymus: *Respicere, inquit, curas Christi, vide pariter et cœlum. Vagientem in prospere intuere infantem, sed simul angelos auscultula laudantes. Herodes persequitur, sed adorans Magi. Ignorant Pharisæi, sed stolidi demonstrat. Baptizatur a servo, sed vox desperarum Dei intonatim auditur. Aquis murgitur, sed columba descendit, in Spiritus in columba. Ad passionem venit, et pati timet, sed vult transire calicem; et Petrum, quia calicem timebat, accusat. Quid haec stolidus prudentius, varietate distinctius, sapientia obscurius, quam fecit Deus in Christo Iesu Domino nostro?* Hactenus Hieronymus. Propter tamen Apostolus respectu ad sapientiam Dei, quam variis modis ostendit in vaccinatione Gentium, reprobatione Judeorum, modo et ordine eas vocandi, ut dixi § preceedit, et cap. i, vers. 11.

41. SECUNDUM PREDEFINITIONEM SECULORUM. — *z̄z̄z̄z̄*, id est, ut Hieronymus, secundum propositionem seculorum, id est a seculo, vel ante seculum, q. d. Secundum decreatum aeternum, quo propositural, decreveral, praefinierat Deus hunc facere et exequi. Unde Syrus verit, *qua futura erat a seculo, facta vero est in Iesu Christo domino nostro.*

Secondo, « secundum praefinitionem seculorum », id est quam fecit de seculis futuris, de serie seculorum, deque hominibus, qui quolibet seculo a primo usque ad ultimum sunt futuri, scilicet praefinitionis seculum status innocentiae, deinde seculum legis naturae, tertio seculum legis Mosis, quarto seculum legis Christi et gratiae, decernens et praefiniens in eo omnes omnium illius temporum gentes et nationes successive vocare ad fidem et salutem per Christum; et hoc est, quod ait: « Quam fecit in Christo Iesu. » Rursum praefiniens primo seculo legis naturae vocare ad se omnes Gentes, secundo per Mosen solos Iudeos relictis Gentibus, tertio per Christum solas fere Gentes, quas lacunam vocare neglexerat, et vice versa negligere Iudeos incredulos: hic enim fuit circulus et conversio seculorum quadam fidem, gratiam et salutem, et quasi annus secularis et circularis Dei. Ita Chrysostomus et Theophylactus. Hic secundus sensus est pulchrior et aprior; in eo enim proprie spectatur multifloris et varia sapientia Dei. Ab hac multitudine et varietate cognitio et sapientie, Christus ipse vocatur *multiculus*, id est *multiculus*, et Cherbim, inquit Anastasius Sinaita, lib. I Hexameron.

QUAM FECIT IN CHRISTO IESU. — Pronomen « quam » referre potest primo, « Ecclesiastem » secundo, « sapientiam », ut Hieronymus; tertio et plenissime, « praefinitionem », q. d. Hec praefinitio seculorum jam dicta, facta est per Christum et

Christi merita. Hinc patet quod dixi cap. i, non tantum fidem et gratiam, sed et praedestinacionem ipsam eternam, que est in mente Dei (huc enim est praefinitio, de qua hic Apostolus), factam esse ex meritis Christi previsis, q. d. Apostolus: *Quod primo seculo vocarentur omnes Gentes, id factum ex meritis Christi previsis, ob quae Deus decrevit, ab eterno praedestinare, vocare, justificare et glorificare credentes in Christum, sive Iudeos, sive Gentes, quolibet seculo.*

42. IN QUO (per quem, scilicet Christum) HABEMUS FIDUCIAM (græc. *π̄π̄π̄π̄π̄π̄*, id est, ut Syrus, audaciam libere loquunt, libertatem evangelizandi, q. d. Cujus, scilicet Christi ope audacter, liber et inrepidè evangelizo. Secundo, melius hic Noster verit, « fiduciam », qua animus per Christum peccatis expiatum, et innocenter iam vivens, bene sibi conscient, confidit se esse in gratia et amicitia Dei. Unde cum dixisset: « In quo habemus fiduciam », huius fiduciae effectum subdit) ET ACCESSUM IN CONFIDENTIA. — ut scilicet confidenter quasi amici, immo quasi filii accedamus ad Deum Patrem, dicamusque: « Abba Pater. »

PER FIDEM EAUS. — Refer non tantum ad in confidentia, q. d. In confidentia, cuius principium et origo est fides Christi; sed potius ad fiduciam et accessum, q. d. Fiduciam et fiduciæ accessum habemus ad Patrem per fidem Christi, qua remissionem peccatorum et justitiam assedit confidimus nos esse in Dei gratia et favore, et confidenter ad Deum quasi patrem amansissimum accedimus: fides enim partem habe fiduciam et confidentiam. Ita Chrysostomus, Theophylactus et Greco.

43. PROPTER QUON, — quia scilicet habemus hanc fiduciam et accessum ad Deum Patrem nostrum, qui potentissimus est, ut in omnibus tribulationibus non roboret, easque propulsit.

PETO NE DEFICIATIS IN TRIBULATIONIBUS MEIS (Græce *μὴ τραχίσθε*, id est non deficere, non lassescere, non segnescere, quod primo, potest referri ad primam personam, quasi Paulus de se dicit, Petò et ore Deum ne ego deficiam in tribulationibus, ne sis vincar et cedam. Ita Hieronymus et Syrus. Secundo, noster interpres referat ad secundam personam: ne vos, scilicet, o Ephesi, deficiatis et cadatis animo, videntes me tribulari et vinciri) PRO VOBIS, — quia scilicet vobis aliisque Christum et salutem evangelizo. Haec secunda veratio prior est: magis enim Ephesis pusilli et novelli in fide timebat Apostolus in persecutione, non animis caderent, quam sibi, qui quasi generosus pugil et athleta Christi in ea solet gloriari.

Nota: « Petò, » non a Deo, sed a vobis: græce enim est *τραχίσθε*, id est peto, posco, exigo. Unde S. Augustinus, serm. 7 in hec Apostoli verba: « Peto, ait, a vobis proper arbitrium voluntatis; sed quia haec infirma est, Deum rogo, ut idem de vobis proper auxilium majestatis. » Unde

subdit Apostolus: « Hujus rei gratia, flecto genua ad Patrem. »

QUE EST GLORIA VESTRA. — q. d. Quod ego Apostolus et preceptor vester dignus sim tanta pro Christo et ve tua salute pati, non turbari, non animis cadere, sed exultare et gloriari debet. Ita Chrysostomus. Haec siquidem passiones stigmata sunt et insignia Christi, Galat. vi, 17, suntque preludia martyris.

14. HILUS REI GRATIA. — Redit post longum hyperbaton (quo a versu secundo huncius abruptus fuit in Dei dignationem, et beneficium vaccinationis Gentium) ad versum primum, ut ibi dixit:

FLECTO GENUA AD PATREM, — flexus genibus in signum reverentie et humilitatis, ore et osculo Deum Patrem. Est metalepsis.

15. EX QUO OMNIS PATERNITAS IN COELIS ET IN TERRA NOMINATUR. — Nota: Sicut greco a *πάτερι*, *πάτερι*; et Syrus ex *Ἐν αὐτῷ πάτερι* abutitur: ita latine a pater, *paternitas* dicitur et derivatur. Unde recte, quidquid cavillentur Erasmus et Beza, Interpres noster novum nomen *πάτερι*, novo Latino nomine *paternitas*, verit, et ita verterentur S. Hieronymus, Damascenus, lib. I *De Fide*, cap. ix; Syrus, interpres Theophylacti, et alii qui Greco lingue fuerint peritissimi.

Unde primo, Damascenus sic explicat: « Nomen paternitatis ex divinis ad humanos patres translatum est. » Quod intellige metonymice, « nomen », id est res nomine paternitatis significata, sive ipsa paternitas, que est in hominibus et creaturis, descendit a Deo Patre, qui primus in creaturis et immensus Pater ipsius sumus paternitatem communicavit, ut ipsi fierent et dicentur patres; nam nomen ipsum patris prius hominibus imposuerunt homines, et inde idem transstulerunt ad divina et ad Deum Patrem: ex humanis enim, utpote sibi notioribus, homines impinguuerunt nomina divinis, ut passim alii Patres et Doctores docent. Non ergo de nomine Patris, sed de hoc nomine significata intelligentius est Damascenus. Et hoc est quod docet D. Thomas et Scholastici, paternitatem cremant derivari ab increta, que est in Deo Patre. Hoc accedit S. Hieronymus: « Sicut, inquit, solis hominis (Deus) bonus facit, et solus immortalis immortaliter trahit, et solus verus, veritatis nomen imperit: ita solus Pater, quia creator est omnium et universorum causa substantiae, prestat catenis ut patres esse dicantur. De terris colestia contemplatur. Adam quem primum plasmavit Deus, et creator ipsius, et pater fuit, certe Deo Patri scit se debere quod subdicit. Rursum hi qui geniti sunt ex Adam, patrem illum intelligent, ex quo orti sunt. Unde *Luce* iii, ait Scriptura: Fili Seth, filii Adam, filii Dei; ut paternitas in terra vocabulum a Deo primum orum esse monstraret. » Et inferius: « Ex quo Deus Pater Domini nostri Iesu Christi juxta substantiam patet est, et unigenitus non est adoptione filius,

sed natura, castore quoque creature, paternitas nomen adoptione meruerunt. » Addit S. Hieronymus dici: « Ex quo omnis paternitas nominatur, non vero *natura* est. Aliud est enim appellatione paternitatis merent, aliquid naturæ habere consortium, » q. d. Ipsa increata et divina Dei paternitas nobis communicat nequit, sicut nec ipsa Dei essentia: sic enim vere et proprie esse mundi dicit; sed tantum participatio quedam tenus ejusdem, ex qua fit ut patres nominetur sicut et Deus, sed analogice et participative. Igitur ex prolixo discursu S. Hieronymi et ceterorum hanc colligas sententiam: Paternitas, inquit, in celis est generatio Filii, paternitas in terra est generatio hominum et animalium, que omnis a Dei paternitate manat: omnes enim ab eo vim habent generandi, ut sint et nominentur patres.

Dices, in celis nulla est paternitas que a Dei paternitate descendat. Respondet S. Hieronymus, angelos aque ac homines habere sui generis principes, quos patres gaudent appellare: princeps enim est et dicitur subditorum pater, et principes est quandam paternitas. Sic servi Nauman anno vocant patrem, id est dominum et principem, IV Reg. v, 13. Sic patres Latinis vocantur senatores, immo Romani eos vere vix alio nomine compellabant quam patres conscripti. Hic sensus est appositus, sed non proprius et adaequatius.

Unde secundo: Nota cum Hieronymo, S. Paulum Græcum *πάτερι*, quod Noster verit, *paternitas*, accepisse a Septuaginta, qui hoc nomine solent vertere Hebreum *πατέρις μητέρα*, id est familia, vel tribus (has tribus Septuaginta: alibi vocare solent *πατέρι*), que ab uno capite et parente descendunt: quia enim duodecim filii Jacob apud Iudeos capit et patres fuerunt duodecim familiæ et tribuum a quolibet hoc patre descendenter locuti vocantur, et a *πατέρι* vocant Patriarchas ipsos tribuum patres et primos progenitores, q. d. *πατέρις οἰκογένεια*, id est tribus principia. Itaque *πατέρι*, sive *paternitas*, aut, ut verit, interpres Chrysostomi, paterna cognatio, est familia, vel tribus aut gens, que ab uno communis patre progredi est, quam Hieronymus contra Helvidium parentem vocat, et ita verit hic Vatablus: Si noster interpres retinens Græcum *πατέρι*, Psal. xv, 7, verit: « Afferte Domino patriæ, » id est familias, tribus, stirpes, « genitum, afferte Domino gloriam et honorem. » Paternitas ergo non sumitur his pro relatione patris in abstracto, quam philosophi paternitatem vocant: haec exiit græce, Damasceno teste loco citato, potius *πατέρι* quam *πατέρι* dicenda esset; sed metonymice paternitas hic idem est quod parentela, que ab eodem patre, vel paternitate descendit. Sunt enim quasi correlative pater sive paternitas, et parentela, unumque includit alterum; pater enim est parentela patris, et parentela est patris parentela, q. d.

Apostolus : Deus Pater non tantum Christi, sed et omnium est pater, tam hominum quam angelorum, ita ut Dei communis parentis affines sint Iudei et Gentes, homines et angeli : ipse enim pater est omnis familiarium, non solum corporalium, sed et spiritualium, puta Seraphim, Cherubim, Thronorum et ceterorum ordinum. Liceat enim has familias sios proprios et distinctos habent patres et principes, omnes tamen communem patrem et principem habent Deum, a quo omnes descendunt : ideoque Deo Pater non tantum paternitas et generatio aeterna, respectu Fili sui, sed et temporalis per creationem in omnes coelestes et terrestres tribus et cognationes convenit, ac consequenter ab omnibus in celo et in terra quasi Pater est nominandus, celebrandus (ut dixi cap. I, vers. 21), colendus et redemandandus. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Theodoreus, Ecumenius, imo et S. Hieronymus.

Nota tertio : Apostolus unum Deum Patrem opponit multis principiis et dicit Simon Magi et Hesiodi qui suam Theogniam, id est deorum generationem, conscripsit, aliorumque Poetarum et Philosophorum Gentilium. Rursum, ne Judei jacent Deum verum suum esse Deum, non Gentium, Gentesque aliis debere querere Deum, Apostolus eos retundens dicit Deum esse patrem communem omnium tam Gentium, quam Judeorum; ac proinde non mirari debet Judeos, si Gentes, queque ad Judei, iam a communis parente ad salutem per Christum Christique Apostolos vocentur, et vicissim Gentes fidenter, queque ad Judeos, ad Christum et Deum quasi ad communem parentem accedere debere.

NOMINATUS, — id est existit, suum habet esse et suum originem, derivatur et descendit; et ab eo nominari possit familia, tribus vel parentela Dei, queque Deum habet patrem, a quo quasi a primo exemplari et efficiente omnes familiis et parentela, omnesque familiarium patres et capita, omnis denique generandi vis, fecunditas et paternitas tanquam a patre omnium magno et universalis profuit et dimanat : sic enim Hebrei motyomacri vocari aut nominari sunt pro esse. Sic Isaiae VII, 14, Christus dicitur vocandas Emmanuel, id est erit Emmanuel, quia nobiscum erit Deus, quod significat Emmanuel. Sic Isaiae VIII, 3, Christus dicitur vocandas « Accelera spolia detrahere, festina predari, » id est celer erit demonum et hostium suorum spoliator, eorumque festinus predator. Nec enim huc duo nomina Christo impossita, Christumque ita nominatum uspiam legimus, rem autem atroque nomine significatam Christi convenire notissimum est.

16. UT DIT VOBIS SECUNDUM DIVITIAS GLORIE SUE (id est gloriose gratia sue) VIRTUTE (grecie δύναμις, id est fortitudine, constantia et robore spiritus contra omnes persecutions et tentations) CORROBORARI (scilicet ut corroboremini in infir-

mitate nature vestre) PER SPIRUM EIUS IN INTERIOREM HOMINEM, — ut interior homo, id est mens gratia et spiritu Dei regenerata (hinc n'ut ab Apostolo vocatur interior homo, ut dixi A. m. vii, 22), in eadem gratia et spiritu fortitudine exeat.

Nota : Praepositio in cum accusativo significat augmentum. Sic dicimus ire de virtute in virtutem; sic dicitur justitiam Dei in Evangelio reverari ex fide in fidem. Vida dicta Rom. I, 17. Regia tabula Biblia, et alia nonnulla legunt, in interiori homine; et sic Graecum id est cum accusativo sepe sumitur pro in, id est in, cum ablativo. Tumquaque planus est sensus, ut scilicet optet eos corroborari in interiori homine, id est in mente, intellectu, voluntate, exteriorque internis animis virtus et potestus : haec enim, vel potius homo, quatenus in constat itaque vivit, dicitur homo interior : sicut et confrater exterior dicitur idem homo, quatenus sensibus membrisque externis constat, vivit, itaque operatur et indulget. Hoc ergo sensu homo exterior et interior sumitur naturaliter; priore vero sensu sumitur supernaturaliter. Vide dicta II Cor. IV, 16.

17. CHRISTUM HABITARE (repete, « det vobis ») Deus Pater, ut Christus habet) PER FIDEM, etc. IN CHARITATE RADICATI ET FUNDATI, — supple ut sitis; alias dicendum erat, radicatis et fundatis. Verum Romana et Anselmus jungunt huc sequentibus sic : « In charitate radicali et fundati, ut possitis comprehendere, » etc.

18. UT POSSITIS COMPREHENDERE (id est animo conceperi et intelligere) CUM OMNIBUS SANCTIS, — id est Apostolis, ait Ambrosius, Prophetis et Christianis, cum militantibus hic adhuc, tum potius in celo triumphantibus, Deique visione beatis.

QUE SIT LATITUDINE, ET LONGITUDINE, ET SUBLIMITAS, ET PROFUNDUM. — Nota prima, Apostolum hic cum dimensionibus jungere differentias positivum : nam tres tantum sunt dimensiones, longitudine, latitudo, crassitas; altus vero et profundum respondentem sursum et deorsum, que sunt differentias positivum; crassum ergo hic resolutur in altum et profundum quasi in sua extrema. Itaque haec quatuor jungenda et distinguenda sunt, non ut sunt in corpore, sed ut sunt in domo, ubi profundum sunt fundamenta, altitudo est tectum, longitudine est longius latus vel paries, latitudo est brevius latus.

Nota secunda, Apostolus videtur perstringere fabulas hereticorum et poetarum, ut deorum βάσεων, sive profundum Hesiodi, et dimensiones Christo ab Elxai affectas, de quibus Epiphanius, lib. I, cap. xix et xxx : « Elxai, ait, describit Christum esse quamdam virtutem mensura viii, quod significat quatuor schoenorum in longitudine, id est 8 milliariorum nonaginta sex, in latitudine schoenorum sex, id est milliariorum viginti quoniam, et crassitatem similiter emittit, et pedes, et fabula menta reliqua. » Tales eliam fuerunt triginta Elxaii Valentini, q. d. Apostolus : Poete, Valentinus

et heretici jactant suum deorum βάσεων, id est profundum, suum επίπεδον, id est plenitudinem, longitudinem, altitudinem; sed fabulose : ego vero haec ipsa in Christo Christianorum Deo esse prædicto et demonstro.

Nota tertio, Scripturas generalissime capienda esse, quia auctor carum, Spiritus Sanctus, ut amplus habet intellectum et conceptum, ita et locutionem. Under variis intendit sensu eius litterales, si rei locoque convenient, maxime si subordinati sint et connexi, omnesque in unum quasi scopum conspirent et dirigantur. Ita S. Augustinus, lib. XII Confess., cap. xxxxi. Unde Apostolus generaliter et indeterminate dicit : « Quae sit latitudo, longitudine, sublimitas et profundum, » non explicans, nec determinans cuius rei intelligentiam longitudinem, latitudinem, etc. Quare hunc locum variis admodum et multipliciter explicant, omnesque probabiliter. Vide hic secundatatem S. Scripturae.

Dico ergo primo : Apostolus loquitur hic de beneficio economy et redempciois Christi, quia non tantum Iudeos, sed et Gentes omnes vocavit ad salutem, gratiam et beatitudinem, vultque haec phrasim significare quam magnum fuerit hoc mysterium Christi, quanquam omnibus numeris et partibus absolutum; sequitur enim : « Scire etiam supereminenter scientie charitatem Christi. » Christi ergo vel charitatis Christi dimensions hic describit. Idem patet ex anteced. vers. 3, 4, 6, 8, 11 et ceteris, quibus non facit aliud, quam hoc sacramentum et mysterium Christi depredicare et admirari. Unde patet, hunc sensum esse genitulum et proprie intentum ab Apostolo. Ita Chrysostomus, Theophylactus, Theodoreus, Ecumenius. Si singula vela singula adaptare, ita poteris : « Quae sit latitudo, » id est quam late se extendat hoo mysterium, charitas et beneficencia Christi, videlicet ad omnes gentes et homines, qui ante legem, in lege, post legem, fuerunt, sunt et erunt; « que longitude, » id est quam longe mysterium hoc predeфинitum fuerit, scilicet ab Eerno; « quod sit profundum, » id est quam profunde, nimur ad inferos, virtus Christi se extendat; « que sit sursum, » id est quam sublimiter, puta super omnes celos, primitas nostras in se Christus exercevit nosque eveniat. Ita Ecumenius.

Possunt secundo, haec dimensiones accipi de Christo qua Deus est; unde sequitur : « Ut implermini in omnem plenitudinem Dei, » ubi greci est πληρότης, quod erat unum ex Εονίbus, sive diis Valentini, cui suum verum πληρότης, id est plenitudinem Dei, opponit Apostolus. Liceat enim omnes dimensiones in Deo unum sint, una scilicet immensitas, sitque Deus quasi sphaera quadam intelligibilis sine dimensionibus, ut explicit Ambrosius: unde etiam Empedocles rogatus quid esset Deus, respondit : Est circulus cuius centrum est ubique, circumferentia nusquam; quia scilicet Deus ubique est totus, nummo tamen colo terrae ambitu concluditur, sed super celos per immensa illa spatia vacua in immensum se porrigit ejus immensitas. Hinc recte eam desribens Job, cap. XI, vers. 8 : « Exelixor, inquit, colo est, et quid facies ? profundior inferno, et unda cognoscere ? Longior terra mensura ejus, et latior mari. » Et sic Ambrosius hic per longum, latum, sublimem, profundum intelligit immensitatem Dei. Haec tamen dimensiones in Deo distinguere possumus per analogiam et similitudinem ad creaturas, seu ita ut ille in creaturis distinguuntur : et sic Dei longitudine est aeternitas; latitudo est omnipotentia, ut D. Thomas, vel, ut Bernardus et Gregorius, est charitas; sublimitas est Dei maiestas; profundum est abyssus judiciorum et sapientie Dei. Ita Anselmus, D. Thomas, Cajetanus. Et pulcherrima S. Bernardus, lib. V De Consider., in fine : « Divina ait, essentia, res una cum sit, est tamen longitudo proper aeternitatem, latitudo proper charitatem, sublimitas proper maiestatem, profunditas proper sapientiam ; haec quadriga Dei; comprehendimus hanc duobus brachis, timoris et amoris; timor sublimi et profundus, amor longo latitudo respondet; vel quantum virtutibus : longitudinem enim tenemus et comprehendimus perseverantiam, latitudinem charitatis, maiestatem veneratione et adoratione, sapientiam et abyssum judiciorum timore et humilitate. His etiam quatuor species contemplacionis respondent : longitudinem enim comprehendit meditatio promisorum, latitudinem recordatio beneficiorum, sublimitatem contemplatio maiestatis, profundum inspectioi judiciorum. » Hec Bernardus. Paulo alter S. Gregorius, lib. XI Moral., cap. x et xi, in illud, Exelixor celo, etc., per latitudinem, accipit charitatem Dei; per longitudinem, longianitatem; per sublimitatem, incomprehensibilitatem Dei, qua a Sanctis in celo, licet clarissime visus, nequit comprehendendi; per profundum, incomprehensibilitatem judiciorum Dei in puniendis dannis.

Potest tertio, hic locus accipi de dimensionibus crucis : fuit enim crux instrumentum redemptiois Christi. Ubi nota : Tres lineæ recte tantum esse possunt, que perpendiculariter, id est, ad angulos rectos sese invicem intersectant, scilicet, due in plano jacentes, et tercia illis insistens, et utramque in concursu penetrans in profundum, sive deorsum versus. Et haec tres lineæ faciunt trinam crucem : reliqua enim praeter has tres laterales lineæ sese intersecantes angulos faciunt non rectos, sed acutos. Et hinc Mathematici tres dimensiones, sive quantitatis species colegerunt, longum, latum, crassum vel profundum, quod hic habet Apostolus, ut recte noster Clavus in Euclidis annotavit; haec ergo dimensiones sunt per trinam crucem. Unde et hic apte de cruce Christi accipi, et de ea explicari possunt.

Pro quo rursum nota : Gregorius Nyssenus,

orat. 4 De Resurrec., vult Apostolum alludere ad quatuor cornua crucis, sumunque cornu dici altitudinem, immum dei profundum, et transversum unum dici longitudinem, alterum latitudinem. Addunt Basilius, Damascenus et Sedulius, apud Jacobum Grotserum, lib. I De Cruce, cap. infra, cur quatuor has dimensiones et cornua crucis habuerit, ut scilicet significaretur, quatuor orbis plagaef totumque terrarum orbem ad crucem seu pertinere, seu vocari. Ideoque Nyssenus crucem vocat universitatem crucis. Unde secundo Sedulius: « Summum crucis sive altitudinem, inquit, est Oriens; profundum sive immum, est Occidens; cornu dextrum, est Septentrio; sinistrum, est Meridies. » Tertio et optime, longitudine est has crucis, latitudo est minus lignum transversum pro brachis; altitudo accedit, si crucem erigas (est enim altitudo summatis crucis cretae); profundum est immum crucis in terra defossum. Sie fero Augustinus in Psalm. cuius, et epist. 402: « Erat, ait, latitudo in qua porrecte sunt manus; longitudine a terra surgens, in qua erat corpus infixum; altitudo ab illo deinceps sursum quod eminet (in hoc tamen nominabilis a nobis differt Augustinus); profundum ubi fixa erat crux, et ibi spes omnium vite nostrae. » De cruce ergo hunc Apostoli locum accipiunt S. Hieronymus, Nyssenus, Beda, Anselmus, et pulcherrime Augustinus, serm. 7 De Verbis Apostoli.

Iudeo primo, literaliter juxta sensum genuinum quem primo loco dedit, ut longitudine crucis sit eterna eius predestinatione; latitudo sit vis eius et virtus, que ad omnes omnium temporum homines se extendit; profundum sit, quod vis crucis ad informam descendit, cum anima pauprimum et limbo et Purgatorio liberavit; sublimitas sit, quod easdem aliasque complices in celum subverxit.

Rursum, iuxta secundum sensum de Christo Deo datum possimus eadem, que ibi dixi, cruci adaptare, ut scilicet communicationem idiomaticum Dei in Christo homine crucifixi speciemus, et admitemur in cruce Dei longitudinem, id est, eternum decretum; latitudinem, id est, charitatem et potentiam; altitudinem, id est, majestatem; profundum, id est, sapientiam, seu haec omnia quasi cruel affixa, quia eadem cum Deo crucifix. Adhuc, Deum communicasse crucis sua longitudinem, id est eternitatem, ut virtus crucis eterna sit, et quod multi volunt, ut crux Christi quasi trophyum in celis in eternum perdure, quodque sic Deus quasi eternari suam crucem; sic etiam Deum cruci communicaesse suam laetitudinem, id est potentiam, quia per infinitatim crucis et mortis potissimum hostes vicit et contrivit; sic communicasse suam sublimitatem, id est majestatem, ut scilicet crux ab omnibus adoretur; sic suum profundum, id est sapientiam, quia non potentia, sed summa aequitate, mira arte et sapientia adiuncta, scilicet in carne as-

sumpta crucem et mortem subiens, Christus sacrificat Deo pro nostra offensa, sicut per crucem redemit hominem: ut qui in ligno vincatur, in ligno quoque vincatur.

Secundo, proprie has dimensiones crucis ut crux est, acipi possunt; quia enim vers. 13, Ephesios dixerat Apostolus: « Ne despatate in tribulationibus meis, » sed in iis, ut sit vers. 16, « virtute corroboraremus, » hinc stimulum ei additum proponemus Christi exemplum, q. d. Oro Deum ut in vestra cruce et tribulatione del vobis cogitare, ac mente comprehendere crucis Christi (ut ex vos solenni et ammetis) profundum, id est infinitum dolorum et ignominiarum Christi crucifixi; et longitudinem, qua scilicet per tritigia quatuor annos, quibus vixit, hanc crucem, hos dolores, vel in corpore, vel in animo, vel in spiritu eos sibi imminere praevidens passus est; et latitudinem, qua scilicet omnibus membris, et anima potens, ab omni hominum genere, imo a Deo et angelis, a quibus fuit derelictus, et omnia peccatum genera passus est Christus, omnibus bonis et fortuna, et fame, et honoris, et vita est spoliatus; et sublimitatem, qua Christus crucifixus sublimi consideratione et perfectissima cognitione tum Dei offensi, tum gravitas offense nostre, tum crucis, peccatum sibi saeque persone, vel illarum, vel inferendarum, tum plurimorum damnatorum, quibus omnes sui dolores infulsi futuri erant, non solum in cruce, sed et tota vita gravissime doluit, et discruciatum.

Unde tropologice, hec in nos derivans Anselmus, lib. De Mens. crucis, sub finem: « Crux, inquit, est cruciatus cordis quod Deo non melius serviamus. Debemus ergo habere cruciatum, quod non tantum, inquit, humiliatur, o Domine, quantum debemus, et hoc est profundum crucis; quod non tantum laudamus, et amamus te, quantum honores tua exigit, et hec est sublimitas; quod non sumus tam fidèles, ut alios ad tuam laudem traheamus, et hec est latitudo; quod non semper conformatum laudem tuam, et hec est longitudine. »

Tertio, moraliter he dimensiones crucis accipi possunt cum S. Augustino, ut longitudine crucis Christi, tum nostrae sit perseverantia; latitudo sit charitas; sublimitas sit religio, spes, amor, oratio, et omnis cum Deo communicatio et conjunctio; profundum sit arcanum predestinationis, cur crux uni proposit, alteri non: unde oritur timor et humilitas profunda. Haec tres compositiones de cruce possunt accommodari parte modo aliis duabus expositionibus: jam dief, et duabus sequentibus, quarta scilicet et quinta: jam dicendis.

Igitur potest quarto, accipi hic locens de dimensionibus spiritualiis edificii, id est, de quadruplici perfectione tum Ecclesie Christi, tum animae cuiuslibet Christianae, tum charitatis, et consequenter cuiuslibet virtutis Christianae: processus

enim: « In charitate radicati et fundati, ut possitis comprehendere. » Et: « Christum habitare per fidem in cordibus vestris; » ut scilicet cor referatur haec dimensiones. Unde de hoc edificio, cap. precedent. vers. 29, dixit: « Superadificati super fundamentum Apostolorum, » etc. et rursum de eodem agit cap. seq. vers. 12 et 16. Ita S. Hieronymus, Augustinus, Anselmus, Gregorius, homil. 6 in Ezechiel, in fine. Ecclesie ergo dimensiones, hec sunt: altitudo ejus, est celum, sive ecclesia et beata Jerusalem; profundum ejus, est infernum: hic enim est Ecclesia cancer, cuius sunt partes limbus et Purgatorium; longitudine Ecclesie est, quod sit omnium temporum et saeculorum; latitudo est, quod sit omnium terrarum et gentium. Vel mathematica, ut S. Hieronymus, Ecclesie longitudine est eius diffusio, quia a Oriente in Occidentem; latitudo, quia a Meridie in Septentrionem porrigitur.

Rursum, ut Anselmus, spiritualiter Ecclesie longitudine, est spes longanimes; latitudo, est charitas; altitudo, est vita celestis inter angelos: nostra enim conversatio in celis est; profundum, est fides, baptismus et reliqua Ecclesie Sacra menta. Proportione anime longitudine est fides, latitudo est spes, altitudo est charitas, profundum est humilitas. Vel secundo, longitudine est perseverantia, latitudo charitas, altitudo est spes cordi, profundum est timor iudiciorum Dei. Unde S. Augustinus, tom. X, homil. 3 inter 50: « Ego, ait, hec Pauli verba sic intelligere soleo, in latitudine bona opera charitatis, in longitudine perseverantiam usque in finem, in altitudine spes celestis praemiorum, in profundo inscrutabili Dei iudicia, unde ista Dei gratia in homines venit: » ex quo oritur timor humilitas ac soliditas cuiusvis virtutis.

Huc referi potest et altera Hieronymi exposicio de novissimis: « Sublimitas, inquit, est celum, profundum est infernus, media longitudine, et latitudo est accessus ad unum vel alterum. »

Denuo charitati he appeti possunt; de enim premisit Apostolus: « In charitate radicati, » et de eadem subdit statim: « Scire etiam supereminentem scientie charitatem Christi, » quia scilicet Christus in se habet, Christianisque suis communiceat. Unde hec Vatablus sic explicat: « Quis sit longitudine, » etc. id est quam longa, lata, profunda et sublimis sit bonitas Dei. Charitatis ergo longitudine, est ejus continuatio, et constans perseverantia; latitudo, est extensio, qua se charitas ad omnes tam angelos, quam homines, tam inimicos quam amicos, omnesque creaturas extendit; profundum, est ejus intensio et fervor; altitudo, est ejus excellentia, et heroicatus, v. g. martyrum, quod est quasi apex charitatis; vel altitudo est ejus objectum, et elevatio, qua charite ad unum Deum, quem diligit, se elevat, et sub eo cuncta contemnit. Hec omnia par ratione applies cuivis alteri virtuti Christianae.

19. SCIRE ETIAM SUPEREMINENTEM SCIENTIE CHARITATEM CHRISTI. — S. Augustinus, epist. 120, et S. Ambrosius legunt, cognoscere supereminentem scientiam charitatis Christi: sed Graeca et Latina Biblia habent scientiam, non scientiam.

Secundo, S. Hieronymus, Erasmus et Vatablus, scientiam accipiunt in genitivo, q. d. Oro Deum ut det nobis eximiam dilectionem cognitionis et scientie, ut aereis sciencie et cognoscere mysteria fidei christiana.

Tertio et melius, alii passim scientiam accipiunt

in dative; regitur enim a supereminentem, q. d.

Charitatem, quia supereminentem et prestat scientie.

Unde S. Augustinus, lib. De Gratia et Lib. arbitr.

cap. xix: « Cum, inquit, dicat Apostolus, Super-

eminenter scientie charitatem Christi, quid insanius, quam putare ex Deo esse scientiam que subdenda est charitati; et ex hominibus esse charitatem que supreminet scientie. » Ubi S. Augustinus hunc locum de scientia et charitate in genere explicat, q. d. Apostolus : Charitas longe antecellit omnem scientiam; ut fuisse docuit *1 Corinth. XIII.* Verum quia Apostolus non absolute dicit *charitatem*, sed limitat addens : « Charitatem Christi, » et qui totto hoc capite depredeavat charitatem in Christo nobis exhibuit, hinc *quarto* et simplicissime, « charitatem Christi, » id est quam Christus nobis exhibuit, vocat « supereminenter scientia, » id est maiorem quam ut sciri, intelligi et comprehendendi possit, q. d. Charitas Christi tanta est, ut super omne humanaum cognitionem et scientiam. Ita Theophylactus, *Ecumenius* et *Arbrosius*, qui ait : « Post Dei Patris infinitam et incomprehensibilem cognitionem, et inuincibilis clementiam, Christi quoque nos vult agnoscere charitatem, que supereminens (ita enim legendum videtur in Ambrosio, non autem supereminentis) est scientia : quis enim potest colligere mysterii hujus charitatis rationem, ut et Deus hominis causa hominatur, deinde moriarum pro hominibus, pro servis dominis, pro creaturis creator, pro impinguis? »

Ut IMPLEAMINI IN OMNEM PLENTUDINEM DEI. — Primo, aliqui apud Theophylactum et *Ecumenium*: Plenitudo Dei, inquit, est sacra Trinitas: Pater, Filius et Spiritus Sanctus, q. d. Ut plene SS. Trinitatem, ejusque attributa, et dimensiones jam dictas cognoscatis, amolis, adoretis et *Yalatis*. Secundo et melius Theophylactus et alii,

q. d. Ut sit pleni omni sapientia, virtute et perfectione, maxime charitate qua plenus est Deus; seu, ut Dei cognitio, amore omniumque bonorum divinorum plenitudine implacantur.

20. Et AUTEM, QUI POTENS EST OMNIA FACERE SUPERABUNDANTER QUAM PETIMUS AUT INTELLIGIMUS. — Graece est clarior sensus et efficiatio spiritus ; τὸ ξαῖ δύναμιν ὑπὲ πάντες πολὺν ἀπεκαίρεσσιν ἐπιτέλεσθαι καὶ φέγγειν, id est, ei qui potest super omnia facere ex abundantia super ea quae petimus aut intelligimus, id est qui potest facere omnia eximile melius, amplius et abundantius quam petamus aut intelligamus, q. d. Spero quod Deus, qui tam liberalis est, ut vota nostra superpetet, et hocce meum votum, ut implacantur in omnem plenitudinem Dei, impliebit et superpetat; utique impleat et superpetat tacite eum rogo et obsecro. Nota misericordia petens est, » id est potest, et re ipsa facit, et facere solet. Simile est II Cor. cap. IX, vers. 8, ut ibi dixi.

SECUNDUM VIRTUTEM QUA OPERATUR IN NOS. — ξαῖ τὸ δύναμιν, secundum vim et potentiam, id est gratiam et spiritum, qui nos potenter ad ardorem virtutum opera impellit, q. d. Quod Deus potest, imo velat facere plura quam petam aut intelligam, patet ex tanto vi et potentia gratiae ipsius, quam actu dat, quamque indies experimur super omnem spem et cogitationem nostram (1).

21. Iesi GLORIA IN ECCLESIA, ET IN CHRISTO IESU. — Graeci non habent conjunctionem et, sicutus plenor est sensus, q. d. Glorificatus Deus in vestra Ecclesia per Christum Iesum, a quo tanta bona tantisque gratias accepistis.

(1) Alliodi : « Secundum, » id est ppe.

CAPUT QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Altera epistola pars, scilicet ethica, qua hortatur Ephesios ad mores Christianos, ac imprimis ad unitonem et concordiam, tum in fidem, tum in charitate Christi, idque quinque argumenta.

Primum est, vers. 4, quia unus unum corpus, et unus spiritus in Christo.

Secundum ibidem, quia omnes ad eadem celi bona qua speramus, vocati sumus.

Tertium, vers. 5, quia omnes unum habemus Dominum, unam fidem, unum baptisma.

Quartum, vers. 6, quia omnes fratres sumus ejusdem Dei Patris.

Quintum, vers. 7, quia Christus ascendens in celum cuique suam gratiam distribuit, qua quisque contentus sit oportet, nulli inviens, nihil ambiens, deditque alios Apostolos, alias doctores, etc., ut singulos fideles, usque ad finem mundi quasi Christi membra perfectant; itaque totum Christi corpus, scilicet Ecclesia, in Christi fide, unitate et charitate crescat et compleatur.

Hinc vers. 17, hortatur eum ad damnata pristina cœcitat, et carnaли immundaque vita Gentilium, veterem hominem exuant, novum in Christo induant, utriusque partes explicans vers. 23, scilicet, ut deponant mendacium, loquendo veritatem; abdicent iram, furtum, sermonem malum, amaritudinem, etc., per benignitatem, misericordiam et condonationem injuriarum.

1. Obseero itaque vos ego vincetus in Domino, ut digne ambuletis vocatione, qua vocati estis, 2, cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate, 3, solliciti servare unitatem Spiritus in vinculo pacis. 4. Unum corpus, et unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae. 5. Unus Dominus, una fides, unus baptisma. 6. Unus Deus et pater omnium, qui est super omnes, et per omnia, et in omnibus nobis. 7. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. 8. Propter quod dicit : Ascendens in altum captivam duxit captivitatem : dedit dona hominibus. 9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia et descendit primum in inferiores partes terra? 10. Qui descendit, ipse est et qui ascendit super omnes caelos, ut implaret omnia. 11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alias vero Evangelistas, alias autem pastores et doctores : 12. ad consummationem sanctorum in opus ministerii, in edificationem corporis Christi : 13. donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis Filii Dei, in viritate perfectum, in mensuram etatis plenitudinis Christi : 14. ut jam non simus parvuli fluctuantes, et circumferamus omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. 15. Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus : 16. ex quo totum corpus compactum, et connexum per omnem juncturam subministracionis, secundum operationem in mensuram uniuscunque membrorum, augmentum corporis facit in edificationem sui in charitate. 17. Hoc igitur dico, et testificor in Domino, ut jam non ambuletis, sicut et Gentes ambulant, in vanitate sensus sui, 18. tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, per ignorantiam, que est in illis, propter cœciatem cordis ipsorum, 19. qui desperantes, semetipsos trahiderunt impudicitia, in operationem immunitatis omnis, in avaritiam. 20. Vos autem non ita didicistis Christum, 21. si tamen illum audistis, et in ipso edocisti, sicut est veritas in Jesu. 22. Deponere vos secundum pristinam conversationem veterem hominem, qui corruptius secundum desideria erroris. 23. Renovamini autem spiritu mentis vestre, 24. et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. 25. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo : omnianum sumus invicem